



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Aliud. Cap. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Aliud.

CAP. XXII.

ANNO
CHRISTI
431.

IV.

1. Thes. 2.

IPSI enim scitis introitum nostrum ad vos, quomodo non inanis fuit: sed ante multa passi, & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, confissi sumus in Deo nostro loqui ad vos euangelium Dei. Ecce loquens in Deo, Dei euangelium memoravit, qui prædicat gentibus Christum.

V.

Aliud.

CAP. XXIII.

Ibid.

VI.

Ibid.

RECORDAMINI, fratres, laborem nostrum & arumnam: nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus euangelium Dei inter vos. Et iterum: Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis uerbum auditus Dei, excepistis non ut uerbum hominum, sed, sicut est uere, uerbum Dei, qui operatur in uobis qui credidistis. Nonne euidenter euangelium Dei, & Dei uerbum, prædicationem de Christo commemorat? Quippe id omnibus manifestissimum est. Apparuit enim

VII.

Tit. 2.

gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc saculo: expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce Deus & magnus planissime nominatus est Dominus noster Iesus Christus. Ipse est enim, cuius aduentum gloriæ expectantes, sobrie uiuere & irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo theophorus, quomodo sit magnus Deus? vel quomodo beata est spes in eum? siquidem uerus est propheta Ieremias, dicens: *Maledictus qui spem suam ponit in hominem.* Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut ante dixi, Deum portare. Denique doceant nos, quid impediatur, alios etiam omnes deos esse & adorandos, qui in se habuerint Deum; Deum autem & magnum, & beatam habentem illuminationem, Christum nominat beatus Paulus, qui inuenitur dicens de Iudæis & de Emmanuele: *Quorum patres, & testamentum, & promissiones, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sacula seculorum, amen.* Quod uero secundum diuinam reuelationem, perspicuum fit, ipso dicente: *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum reuelationem; & exposui eis euangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui uidebantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.* Christum prædicans gentibus ut Deum, diuinum nominat ipsius ubique mysterium. Ascendit per reuelationem Ierosolymam, & exposuit his qui uidebantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, siue discipulis; ne forte in vacuum currat, aut cucurrit. Cum uero ab Ierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendauitne aliquid ex prioribus? Nonne perseverauit, Deum confitens Christum? Atqui scribit quibusdam: *Miror, quod sic cito transferimini ab eo qui uos uocauit, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes uos, & uolentes conuertere euangelium Christi.* Ait idem iterum: *Sed & snos, aut angelus de calo euan-*

Ierem. 17.

Tit. 1.

VIII.

Rom. 9.

Galat. 2.

angelus de celo euan-

Galat. 1.

IX.

Ibidem.

angelus de celo euan-